



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti**

**Stengel, Carl**

**[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV**

XII. Octobris. S. Simpertvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38356**

SIMPERTVS Amberto Duce & Symphoriana Pipini Regis filiâ natus, le-  
ctissimos quamuis parentes virtutis laudesuperauit. Puer in Murbacense  
coenobium erudiendus datus, pietatem & litteras gnauiter coluit, quâ refa-  
ctum, ut Abbatे defuncto, consentientibus fratribus votis sublegeretur. Cùm  
verò Carolus Magnus Augustam superiorum temporum iniuriâ, Boicis præ-  
fertim bellis, magnopere vexatam & afflictam, instaurandam ciues recreandos  
ornandoq; suscepisset, quod ecclesiæ sedes iam diu vacaret, SIMPERTVM illi,  
quem angelicam vitam inter homines ducere creberrima signa testarentur,  
approbante summo Pontifice, dedit Episcopum. Quo ille munere per omnia  
egregie functus, spem de se conceptam abundèimpleuit. S. Afræ basilicam ad  
ipsam urbem, flammis-absumptam, & in alpium fauibus S. Magni monaste-  
rium disiectum restituit. Diaœcsum Leonis III. Pont. & Caroli Imp. auctorita-  
te ultra Lycum, eius enim tum alio finiebatur, longè in Boicam extendit. Or-  
dinationis anno trigesimo IV. Id. Octobr. spiritum Deo reddidit, cui quam  
charus vixerit, multa post obitum quoq; ostendere miracula. Vnum inter-  
cetera, rapuerat puerulum lupus, mater dolore exanimata, SIMPERTVM apud  
Deum intercessorem inclamat, & ecce post horas iam aliquot, fera infantem il-  
læsum refert, ipsa in nemorum latebras, tanquam magni sibi facinoris conscia,  
trepida refugit. Posteritas rem memoria commendauit, addito præsu-  
lisim agini lupo puerum ore ferente. Ex  
SS. Aug.

S. SIM-



S. SIMPERTVS EPISC. AVGUST.

ORD. S. BENED.

*Redde sium dulci pignus fera saia parenti,  
SIMPERTVS tubet hoc: en Iupa patet ouie.*

5 3

XXXI.OCTO.